



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis  
Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev  
De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo**

**Marca, Pierre de**

**Parisiis, 1669**

III. Alliud electionis palatinæ exemplum habetur apud Lupum Ferrariensem  
in causa Æneæ Episcopi Parisiensis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15617**

ordinandi, juxta formulam undecimam & duodecimam. Ceterum ex formula illa undecima constat consensum regium de persona electi hac conditione temperatum, si Episcopi cum dignum ad onus episcopale invenire valerent.

C A P V T X V I .

Synopsis.

I. Consensum regium suis quoque decretis disertè confirmarunt Concilia Galliarum temporibus Caroli Calvi & Lotharij Imp. habita.

II. Dein palatini Clerici à solo Principe designabantur ad episcopatus, absque ulla electione. Quod probatur duobus exemplis.

III. Aliud electionis palatina exemplum habetur apud Lupum Ferrariensem in causa Aeneae Episcopi Parisiensis.

IV. Sed ex eo Regum usu proficiebantur ingentia incommoda. Plerunque enim promovebantur viri rudes atque imperiti & vita inexplorata. Itaque Concilium Valentini edixit ut si quis è palatio mittetur, prius diligenter examinaretur, ut sciri posset an episcopatu dignus esset.

V. Quandiu se Reges continuerunt intra terminos consenit, Pontifices quoque Romani ejus rationem habendam esse existimarentur.

VI. Non adeo tamen se demiscebant Romani Pontifices in hoc electionem negotio quin aliquando sui loci memores essent. Quod probatur auctioritate Ioannis ollavi, qui Lansensis Episcopi institutio in se traxit, ac tamen consensum à Carolo Crasfo suppliciter petuit.

VII. Carolus Crassus quafdam Ecclesiastis libertate canonica electionum in perpetuum donavit, exempli causa, Genevensem, & Cabilonensem.

VIII. Sub Carolo Simplice, tamen res publica varii motibus concusa fuerit, remansit tamen necessitas afferitus regi in electionibus Episcoporum. Probatur auctioritate Joannis decimi Pape.

IX. Continuata est hec potestas à sequentibus Regibus; ut ostenditur pluribus exemplis.

X. Initio tertii Regum nostrorum dynastia perveravit prior illa consuetudo afferitus regi.

I. **C**ONSENSUM regium suis quoque decretis disertè confirmarunt Concilia Galliarum temporibus Caroli Calvi & Lotharij Imp. habita. Anno DCCCLIV. petunt à Carolo patres in synodo apud Theodosi-villam ut viduatis Ecclesiis quantocytus præficiantur Episcopi à Deo dati, & à nobis regulariter designati. Si omisus esset Principis consensus, irrita quidem non erat ordinatio, ut sapienter docuit Florus, attamen discordia seminarium erat. Quod ut averteret à capite Vvenilonis Senonensis, qui Rege non monito electum à clero & populo Agium Presbyterum Aurelianensi Ecclesiæ ordinaverat, Concilium Vernense anno DCCXLIV. à Carolo postulat, quoniam rei illius alium exitum non videbat, ut ejus

Vide Notas Ralizij ad epist. 81.  
Lupi Crat.

pietas quod à tantis viris actum est, ratum esse permittat.

II. Ceterum non potuit his limitibus coerceri potestas regia; quæ aulicorum cupiditatibus incitata, electiones in aliis conservando, palatinos Clericos à solo Principe designari posse contendebat. Quod apertere docet Vvenilonis & Gerardi Comitis epistola apud Lupum Ferrariensem LXXXI. ad Amulum Archiepiscopum Lugdunensem.

Hujus Amuli sedes cùm esset in parte regni Lotharij, prolixius à clarissimis illis viris Caroli nomine exorandus fuit ut Bernum Regis propinquum, & ab eo de Consiliario-

rum suorum consensu electum, in Augustodunensi Ecclesia ordinaret. Quod ut impre-

tent, addunt non esse novum ut à Rege no-

biliaribus Ecclesiis ex palatio deligantur an-

tilites: Idque vestre prudentia Dominus noster

jussit saugere, non esse novitum aut temera-

rius quod ex palatio honorabilioribus maximè

Ecclesiis procurat antifites. His subiungunt

concessionem à Zacharia factam Pippino,

de qua superius actum. Poterant edictum

Clotarij Regis proferre, si fuisse illis ob-

rium, cujus verba de hac specie intelligenda suo loco monuimus. Nec contenti Ber-

nun commendare, eadem quoque ratione

Godelsadum, à Rege electum, Cabilonensi

Ecclesiæ admoveri petunt: Godelsadum etiam,

quem ex palatio suo more predecessorum Regum

majorum suorum, ut ante monstratum est, Ca-

bilonenſi Ecclesiæ prefici flagitat idem Rex, in

hac Quadragesima non gravemini ordinare.

Quæ petitio locum habuit saltem in Godel-

fado, qui subscripti Concilio Sueffionensi

anno DCCCLII. sex annis post epistolam

illam, quæ data est anno octingentesimo

quadragesimo octavo.

III. Aliud electionis palatina exemplum habetur apud eundem Lupum ep. 98. & 99. in Aenea Parisensi Episcopo, quem anno DCCCLII. Carolus elegerat. Sed eum postea clerus quoque Ecclesiæ Parisiensis & fratres cœnobiorum sua quoque electione honestarunt, rogantes literis suis Senonensem Archiepiscopum & provincie Episcopos ut quantocytus ejus ordinatio perficiatur, ne dilatione divini & regij beneficij torquerentur. Ratio vero est in promptu cur Rex electionem Aeneæ sibi assump-

sisset: quoniam unus erat à Clericis aulicis, ut colligitur ex epistola Episcoporum ad clerum Ecclesiæ Parisiensis: *Quis enim vel leviter tetigit palatum cui labor Aenee non innotuit, & fervor in divinis rebus non apparuit?*

IV. Quoniam vero non omnes episco-

patibus admoti referebant Aeneæ istius mo-